



In Festi S. Liborii Episc. Conf. Patroni Civit. et Dioec.

1. Ant.
VII. c2



Li-bo-ri- o plaudat Gal-li- a * quae tantum vi-rum e-di-dit: fe-li-ci-



or nunc Germa-ni- a, cu- i corpus il-la cre-di-dit. E u o u a e.

DIXIT Dominus Domino meo: * Sede a dextris meis:

Donec ponam inimicos tuos, * scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion: * dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuae in splendoribus sanctorum: * ex utero ante luciferum genui te.


Juravit Dominus, et non paenitebit eum: * Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.

Dominus a dextris tuis, * confregit in die irae suae reges.

Judicabit in nationibus, implebit ruinas: * conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet: * propterea exaltabit caput.

2. Ant.
VII. c



Be- a-tus, cu- i Mar-ti-nus * ad-fu- it in dul-ci transi-tu vo-ca-tus



vir di-vi-nus cae-li su-perno mo-ni-tu. E u o u a e.

CONFITEBOR tibi Domine in toto corde meo: * in consilio justorum, et congregatione.

Magna opera Domini: * exquisita in omnes voluntates ejus.

Confessio et magnificentia opus ejus: * et justitia ejus manet in saeculum

saeculi.

Memoriam fecit mirabilium suorum, † misericors et miserator Dominus: * escam dedit timentibus se.

Memor erit in saeculum testamenti sui: * virtutem operum suorum annuntiabit populo suo:

Ut det illis haereditatem gentium: * suum.
opera manuum ejus veritas et judicium.


Fidelia omnia mandata ejus: † confirmata in saeculum saeculi: * facta in veritate et aequitate.

Redemptionem misit populo suo: * mandavit in aeternum testamentum


Sanctum et terribile nomen ejus: * initium sapientiae timor Domini.

Intellectus bonus omnibus facientibus eum: * laudatio ejus manet in saeculum saeculi.

3. Ant.
VIII G



um sancti vi-ri spi-ri-tum * cae-li susci-pit cu-ri- a, fe-li- cem



e-jus ob- i- tum signa prae-di-cant va-ri- a. E u o u a e.

BEATUS vir qui timet Dominum: * in mandatis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus: * generatio rectorum benedicetur.

Gloria et divitiae in domo ejus: * et justitia ejus manet in saeculum saeculi.

Exortum est in tenebris lumen rectis: * misericors, et miserator, et justus.

Jucundus homo qui miseretur et commodat, † disponet sermones suos in judicio: * quia in aeternum non commovebitur.

In memoria aeterna erit justus: * ab auditione mala non timebit.

Paratum cor ejus sperare in Domino, † confirmatum est cor ejus: * non commovebitur donec despiciat inimicos suos.

Dispersit, dedit pauperibus: † justitia ejus manet in saeculum saeculi: * cornu ejus exaltabitur in gloria.

Peccator videbit, et irascetur, † dentibus suis fremet et tabescet: * desiderium peccatorum peribit.

4. Ant.
I. g



e- um laudent in Li-bo- ri- o * lepro-si, cae-ci, claudi, quos reddit



adju-to- ri- o sa- lu- ti, lu- ci, gressu- i. E u o u a e.

LAUDATE pueri Dominum: * laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum, * ex hoc nunc, et usque in saeculum.

A solis ortu usque ad occasum, * laudabile nomen Domini.


Excelsus super omnes gentes Dominus, * et super coelos gloria ejus.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, * et humilia respicit in coelo et in terra?

Suscitans a terra inopem, * et de stercore erigens pauperem:


Ut collocet eum cum principibus, * cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo, * matrem filiorum laetantem.

5. Ant.

 e-lix Pa-de-rae ci- vi-tas, * in qua re-fulget ho-di- e il-le,
 quem cae-li bo- ni-tas or-nat signis quo-ti- di- e. E u o u a e.

LAUDATE Dominum omnes gentes: * misericordia ejus: * et veritas Domini
 laudate eum omnes populi: manet in aeternum.
 Quoniam confirmata est super nos

ECCE sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, et investus est justus: et in tempore iracundiae factus est reconciliatio.


VIII.

 ran- ci- ae quondam de-cus atque lumen, quem co-lit Sartae Pa-de-rae-
 que flumen, huc ad-es no-bis o-pe sancti- o-ri, di- ve Li-bo-ri. A- men.

Tu vir in terris humilis, pudicus,
 Nec levis mundi vitiis amicus,
 Visus es jugi pietate sursum
 Tendere cursum.
 Tu sacerdotum decus atque forma,
 Factus es cleri populi que norma:
 Et quod externe tua vox monebat,
 Vita docebat.
 Larga mendicis dona contulisti:
 Pro Dei cultu solitus fuisti
 Ære non parvo fabricare claras

Numinis aras.
 Nunc Deo junctus superis-
 que Divis,
 Alta cælorum super astra vivis;
 Inde nos mæstos miserosque
 dulci
 Munere fulci.
 Te, Deus simplex pariterque
 trine,
 Cælitum laudet chorus abs-
 que fine:
 Ac tibi semper canat ampliores
 res
 Laudis honores.
 Amen.




¶. Ama-vit e- um Domi-nus, et orna-vit e- um.



R. Sto-lam glo-ri- ae indu- it e- um.

VIII. G

V



irtus vi- ri tam ce-lebris * et ju-gis interventi- o nos salvet ab
il-le-cebris et cae-li jun- gat gaudi- o. E u o u a e.

MAGNIFICAT * anima mea Domi-
num.

Et exsultavit spiritus meus * in Deo
salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillae
suae: * ecce enim ex hoc beatam me
dicent omnes generationes.

Et misericordia ejus a progenie in
progenies * timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo: *

dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede, * et exalta-
vit humiles.

Esurientes implevit bonis: * et divites
dimisit inanes.

Suscepit Israël puerum suum, * recor-
datus misericordiae suae:

Sicut locutus est ad patres nostros, *
Abraham, et semini ejus in saecula.

Gloria Patri.

OMNIPOTENS sempiternus Deus, qui Ecclesiam tuam in confessione sancti nomi-
nis tui solidasti: praesta, quaesumus; ut, quae sancti Liborii, Confessoris tui
atque Pontificis, annua recolit sollemnia, ejus apud te suffragiis ab omni mereatur
adversitate liberari. Per Dominum nostrum.

V.

B



R De- o gra-

ti- as.